

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Andreas Schenck doctor & miles Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

HO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

FVit hic apud illustrissimum meum principē Alberthū Ducem Saxoniae Venator Vuilhelmus Geis, canē odorum principis tui dono afferēs. Non potui igit̃ doctor praclare tuam dignationem non facere consalutatam. Vtinam tu mei tam memor q̃ ego tui. Scripsisses profecto ad me de musarum tuarum fonte, aut de pōpis illis regiis ac Caesareis Fracofordiae, Agrippinae, & Aquis Grāni nuper in coronatione Romanorum regis Diui Max.amiliani celebratis, te oratore & me quoq; medicorū minimo p̃sentibus. Quod si quis post hac tam propitius tibi nuncius occurrerit, noli precor si lere, & ad me de Aquis Grāni quid ex uetustate sentias rescribe, principi etiam tuo illustri quem Comitum Germaniae nostrae decus existimo, me commendatū facito. Tu uero meus esto quemadmodū ego tuas. Neq; nouum asperneris militem me Diui Caroli ense cœlitus sacrato percussum, qui & si ex Ventimōtanorū de Vuindsperg familia olim strenuissima, nunc obscurata, nouus resurgere Miles attentauerim, Sum tamē & ero semper tuus, omniumq; doctorum uirorum deditissimus. Vale foelix. Ex Mysna arce Labyrinthea. Die Magdalenes. Anno. M. cccc. lxxxvi.

Andreas Schenck Doctor & Miles Ioanni
Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

HAud existimāsē Coloniēsem amiciciā aliquo locorum interuallo intercipi aut remitti potuisse, q̃ si ex animo meo euellere uelis opinionē, fac ut aliqñ tuas intuear literas, Ioannes Harscher tui amātissimus defert ad principē tuū orationē a me uenetiis pro pace habitā, illā principi legito interpretatoq;. Si quid barbari incōptiq; in ea inuenies, tua ex officina amici honori consules. Vale. Breui me te uisurū spero, Vxorē tuam mulierem honestissimam meo nomie salutato. Ex Inspruck xx. Februarii. Anno. M. cccc. lxxxviii.

Theodoricus de Pleningen Doctor & Miles auratus
Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

ACcepi pridie tuas elegātissimas literas eruditissimisq; sententiis plenas, & ut paucis concludam erga Plyniū humanas ac Reuchlino dignas, in qbus mihi summoq; gratularis. Faustūq; ut sit optas, q̃ a diuo Casare nostro clarissio militiæ cingulo ornatus. Equestriq; ordini inscript⁹ sum. Addis, & uere quidem, & si